01
A
6640

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628938-p0001-9

Tomus XIII
Miscellanea Philologa.

19. 20

בסיעתא דשמיא

EXERCITATIO

RABBINICO-PHILOLOGICA.

Ex

ORACULO,

JESAIÆ VII, Commate 14.

circa,

Nativitatem MESSIÆ Servatoris nostri

è MARIA semper-VIRGINE

Quam

In celeberrimâ ACADEMIA VVITTEBERGENSI

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Amplißimi, CL. & Excellentiß.

DN. M. ANDREÆ SENNERTI

LL. ORIENT. PROFES. PUBL.

LONGE CELEBER-

RIMI, &c.

Amplisſ. PHILOSOPHORUM COLLEGII

h. t. DECANI ſpectabilis.

Dn. FAUTORIS & PROMOTORIS ſui pl. colendi.

publicè exhibet.

M. CASPAR LILIUS, BERLINAS,

In Auditorio Majori.

Ad D. XIV. Maji, Horis Antemeridianis.

WITTEBERGÆ,

Apud JOBUM WILHELMUM FINCELIUM,

ANNO cIↃ IↃC LI.

Serenissimo Potentissimoqve
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

Marchioni Brandenburgico,
S. ROMANI IMPERII ARCHI-CAMERARIO
& ELECTORI, Prusſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium,
Stetini, Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Mindæ, Halberſtadii, Magdeburgi,
Nec non in Sileſia Croſnæ & Cornoviæ
DUCI:

Burggravio Noribergenſi, Principi Rugiæ,
Comiti Marcæ, & Ravenspurgi, Domino
Ravenſteinii, &c. &c.

Principi Suo ac Domino Clementissimo,

In venerationis humillimæ argumentum &
ſtudiorum ſuorum experimentum Primitias haſce
RABBINICO-philologicas cum devotiſſ. voto Pacati Regiminis & longævæ Sanitatis humilime

D. D.

M. Caspar Lilius, Berlinas,
Autor & Reſp.

עמי עשו

EOS, qvorum Eximia sunt in Nos Merita, omni officio ac potius pietate colere, Ipsa Recta ratio docet, Leges, *Eorum personam Nobis Sacro Sanctam esse debere* jubent. Notissimum est hac in re illud Simeonis Justi qvod in פרקי אבות Cap.1. Verbis hisce adducitur; על שלשה דברים העולם עומד על התורה ועל העבודה ועל גמילות חסדים: ubi super *Retributione acceptæ Gratiæ* scil. Beneficii Mnndum pariter consistere affirmat. Neq; viris modò sed beatè defunctis etiam PIETATEM Nostram debemus: Religiosè verò ad os eosdem admovere velle ac adorere, ea verò dementia est & stultitia. Summum Numen severè per Spiritum suum prohibet. Beatæ Mariæ VIRGINI & verè Beatæ, Etenim; אשריו של אדם שיצא בשם טוב מן העולם: *Beatus* [est] *ille homo qvi excedit cum Nomine Bono ex hoc Mundo, Medrasch Ruth* PIETATIS cultum, ut insigniter de Nobis meritæ reddere atq; persolvere velle æqvissimum factu est. Divino mactari cultu prohibet IPSA & recusat. Soli Deo & Filio pariter suo, Servatori Nostro Benedicto, hunc cultum convenire atq; exhibendum esse, novit. Platæenses Græcis qvi ceciderant illic & humati fuerant, qvotanis Parentare receperunt. Viros illos Fortes qvi lethum pro Græciâ oppetierunt ad *Cœnas & Inferias* more suo, inviarrunt. *Plutarch. in vitis Aristid.* Ethnici qvo FAMA & GLORIA Eorum qvi pro libertate patriæ ceciderãt, perẽnaret Hoc Honore in seros usq; posteros manẽte, Suos mactarunt. Suo adhuc tẽpore Sacra illa celebrata fuisse,

Plutarchus refert. Servatorem Noſtrum, Exaltatum ſit Nomen ejus Sanctum, qvi verè nec Invitus pro libertate, Totius Mundi cecidit, qvo perſeqvemur Honore? PIETATE & CULTU SACRO Eidem *Parentare* fas eſt. Codrum Athenienſium Regem, qvod pro ſuorum Salute Mortem intrepidè adire non recuſabat, *cum Morte Æternum GLORIAM ſecutã eſſe*, Vellejus Paterculus Autor habet. Talis ÆTERNA GLORIA in perpetuum ſuperſtes manſura meritò Servatorem Noſtrum ſeqvitur. Ac qvo ſemper maneat Noſtrarum erit partium pariter adniti ſedulò. Eidem *Parentare* deinceps, ſi decreverit Nos Decretor Ille Sanctus Benedictus in vivis, animus eſt. Cumq; ab Initio res ordienda ſit, GENETRICEM IPSIUS, BEATAM VIRGINEM poſt Fata efferre ac Eidem hâc vice *Parentare*, qvantum pietas & Religio ſinit, conſtituimus. : מותר המרת בוין רלו נפש על קברו *Reſiduum* ſ. Honor noviſſimus *Mortuo eſt exſtuere Monumentum ſuper ſepulchrum ejus*. Monumentum autem ſplendidus ſtatui non poſſe exiſtimamus, qvam ut ab INJURIIS qvas poſt Manes accipere cogitur, Eam vindicemus. Laudare Eam Nunc qvidem nolumus, memores Elegantiſſimi illius Rabbinorum: דמרגלירת דליהה לרה טימי ברר שמשבח ברה פגמוה: *Margaritam inæſtimabilem qvicunq; laudat, dehoneſtat eam. Talm. Hieroſ.* VIRGINITATEM Ejus, cum in omne Ævũ, tùm atq; imprimis in nativitate ſervatam, Favente Numine. מיחנורת מיוזנרת demonſtratam contra Adverſarios, pro ratione inſtituti noſtri, defendere, neminem vitio daturum mihi non ſpero modo, ſed etiam confido. Hic Theſaurus VIRGINI Optimus Maximus, Hoc Monumentum illuſtre qvid ponatur. אין עושין נפשורת לצדיקים דבריהם הם זכרוניהם: *Non facienda ſunt*

ſunt Monumenta Juſtis: Verba ipſorum ſ. Bona Eorum Memoria & pia Recordatio *ſunt Monumenta Ipſorum.* Hoc itaq; Monumentùm ê Veteri Teſtamento ſelectiſſimum B. MARIÆ VIRGINI ex Jeſ. VII. Cap. ſtatuemus.

יהי יהוה אלהינו עמנו כאשר היה עם אבותינו
ויהי נועם יהוה אלהינו עלינו ומעשה ידינו כוננה
עלינו ומעשה ידינו כוננה׃

TEXTUS ORIGINALIS.

לכן יתן אדני הוא לכם אות הנה העלמה
הרה וילדת בן וקראת שמו עמנו אל׃ חמאה
ודבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב׃

VERSIO CHALDAICA.

אכן יתן ייי הוא לכון אתא הא עולמתא מעריא
ותליד בר ותקרי שמיה עמנו אל׃ שמן ודבש ייכול
עד לא ידע עולמה לרחקא בישא ולקרבא
טבא׃

VERSIO LATINA.

Propterea dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet & pariter Filium & vocabit Nomen ejus Immanuel. Butyrum & Mel commedet, ut ſciat reprobare malum & eligere bonum.

EXPLICATIO PHILOLOGICA.

§. I. Achas Rex Jehuda Optimorum Parentum peſſimus filius *R. Sal. Jarchi in Comment. ad Cap. VII, v. 1.* Impius non ipſe modò erat, ſed eò Impietatis populum ſuum perducebat, ut ferè omni veri DEI cultu depoſito Diês Gentium hujus ſeculi ſacrificarent, *II. Reg. XVI, 2. 3. & ſeq. II. Chron. XXVIII, 6.* in qva nefanda Idololatria fortiter, usq; qvo Deus pœnas ab impiis hiſce Idololatris ſumpſit meritiſſimas. Syriæ Rex abduxit captivitatem [prædam] magnam, Rex Israël verò centum & viginti millia hominum unico die trucidavit. *R. David*

vid Kimchi ad. v 1. Attonitum ſuper hæc & conſternatum Regem ac univerſum pariter populum qvid de rebus ſuis facerent, titubantes, elegantisſimè Propheta verbis hiſce deſcribit: ויע לבבו ולבב עמו כנוע עצי יער מפני רוח *Et vacillavit cor ejus* [ſcil. Regis] *& cor populi ejus, ſicut agitantur arbores ſylvæ â facie venti.* Eo qvod bellum eos vehementis ſimè urgebat *R. Sal. Jarchi ad v. 2.* Turbidis hiſce temporibus Rex ipſe cum Impiis de Regni ſui amiſſione atq; concuſſione plurimum timebant, Pii ſimul de divino promiſſo Meſſiam in terrâ ſuâ naſcituum concernente ſolliciti erant, atq; anxii. Rezin Concitor & Autor belli hujus, qvi ſollicitaverat ſecumq; Pekach, qvãqvam ſummâ vi in Jeruſalem pugnavat, expugnare tamen non valebat: Nolebat etenim Deus hàc qvidem vice Eam in manus inimici tradere, qvantâ integritate & ſanctitate ante ſe ambalarint Majores ejus haut immemor *R. D. Kimchi c. l.* Atq; ut Hiskiæ temporibus *propter ſe & ſervum ſuum David* ſe gratioſum fore pollicebatur Deus *2. Reg. XIX, 34.* Eadem ratione & hanc ob cauſſam hîc Davidis mentionem facit. *R. David Kimchi ad v. 9.* dicit וזכר דוד ולא זכר אביו כי בעבור דוד היתה לו המלוכה ובעבורו עשה עמו האל נסים *Mentionem facit Davidis & non patris ejus qvia propter David obtinuit regnum & propter hunc fecit ipſi Deus ſigna.* Achas enim qvia Rex impius erat, Nomine eum appellare Deus noluit. *R. Sal. Jarchi c. l.* Ac niſi David validus [pius] fuiſſet, Regnum de ſemine ejus ob inſignia ſcelera in perpetuum defeciſſet. *R. D. Kimchi ad v. 2.* Hic jam peropportunè Eſaias Propheta â Deo mittebatur, qvi lætum & exoptatisſimum illud Nuntium de non capienda urbe Regi atq; univerſo unâ populo afferebat.

§. II. לכן

§. II. לכן יתן אדני הוא לכם אות וגו

Achas promisſis ſibi â Deo datis fidem adhibere nolebat, fruſtra omnia actumq́; de ſe & regno ſuo fore, ni ipſe ſibi conſuleret, exiſtimans legatos cum donis ac Muneribus ad Regem Aſſyriæ mittit, ejusq; opem adverſus hoſtes ſuos implorat. *II. Reg. XVI, 7.* Si credidisſet, fidemq; Verbis Dei adhibuiſſet, nec legatos ad Regem Aſſyriæ, nec dona miſiſſet. *R. D. Kimchi ad v. 9.* Inde incredulus ac impius Achas qvanqvam minus dignus videbatur, in qvem qvicqvam beneficii Deus conferat, Magis tamen ſeſe effert bonitas Dei, Miſericordia Impietatem hominis ſuperat. Populus qvo certisſimè hiſce promisſis crederet Signis eadem' confirmata dare vult. Neq; tamen ad præſentem modò obſidionem atq; ex eadem liberationem, ſed ad ſpiritualem pariter illam longo tempore poſt futuram reſpiciebat. Prorſus ut Prophetæ âTypo ad Antitypum ſeu rem ſignificatam tranſire ſolent. Integrum pariter Regi permittit ſignum ſibi petat, qvo fultus eo certior eſſe poterat. שאל לך אות מעם יהוה אלהיך: *Pete Tibi ſignum â JEHOVAH Deo tuo.* מעם יהוה *â JEHOVAH:* Adhibet h.l. *Ineffabile* illud ut vulgò vocant ac *Eſſentiale Dei Nomen* Moſi *Exod. III. & VI.* revelatum, qvo Nomine Signa & Miracula Eum in Ægypto & profectione ex illa terra feciſſe Ebræorum Magiſtri commiter docent. Teſtatur hoc *AbenEzra* ad *Exod. C. III.* בשם אל שדי לא יעשה אותות רק בשם הנכבד: *Nomine* שדי אל *non faciet ſigna, tantũ, Nomine illo Honorando* JEHOVAH ſcil. Nomine hocce Propheta & h.l. utitur, ut oſtenderet benigniſſimum illud Numen ad promiſſa præſtare ſufficientiſſimum, qvod ex eductione ex Ægypto elucet, valentiſſimum adhuc

ad

ad inimicos hoſce depellẽdos fore. Subnectit ulterius אלהיך *Deo tuo* Hoc loco non prætermittenda putamus ea, qvæ *R. D. Kimchi* ad hoc adfert. אף על פי שהוא לא היה מאמין בו אמר הוא אלהיך ושופטך מיד אלו המלכים וגו *Qvanqvam ille non credebat in Eum, dixit; Ille* [eſt] *Deus tuus judicans* [liberans] *te de manu horum Regum, &c.* Nomen autem hocce eô adhibet, ne Regem Impietatis & defectionis â Deo ſuo optimê conſciũ ſcrupulus qviſpiam de non obtinẽdo petito urgeret. Neq; hîc ad Regem ipſum adeò, qvam ad Majores & patres ejus reſpicit ac dicit, *â Deo tuo* id eſt ab illo Deo, qvi Davidis & patrum tuorum aut etiam Tuus aliqvando fuit, vel jure & nunc qvoq; eſſe deberet. *Multa etenim in Scriptura non ut ſunt, ſed vel ut ante erant, vel futura poſtea ſunt, vel etiam eſſe volunt vel videri, de rebus qvandoq; dicuntur*, ceu alibi docetur. Integrum autem Deus relinqvit Regi, Signum petat qvodcunq; placuerit: העמק שאלה או הגבה למעלה: *Chaldæus Paraphraſtes* ita vertit: שאלך אתא מן קדם יהוה אלהך שאל די יתעבד לך נס על ארעא או תתחזי לך אתת בשמיא: *Pete tibi ſignum â Domino Deo tuo: Pete ut peragatur tibi Miraculum in terrâ vel ut oſtendatur tibi ſignum in cœlis.* Ad hæc *R. Sal. Jarchi* ita commetur: שאל אות באמקי תהום להחיות לך מת או הגבה למעלה לשאול אות בשמים: *Pete tibi ſignum in profunditatibus abyſſi ad ſuſcitandum Tibi mortuum, aut eleva ſurſum ad poſtulandum ſignum in cœlis.* Qvæ *Rabbinica Salom. Jarchi* expoſito egregiè cum B. Lutheri Noſtri verſione Germanica convenit, ut indeſcioli nõ habeant, qvod fortasſis in B. Viro h. l. taxent. Nec in conveniens adeò eſt, qvam *R. D. Kimchi* ſuper hæc verba habet. העמק לשאל איזה תרצה שיתן לך

Profun-

Profundum ad petendum illud etiam placet ut detur Tibi. hoc eſt, Tale qvoq; ſignum, qvod factu impoſſibile tibi videri poſſit, petas, repulſam neutiqvam feres, ſed illud etiam Tibi dabo. Deus Regem Impium ut confidat ſignumq; dari ſibi petat, hortatur, Gratiam ſuam ſe Ei nullatenus ſubtrahere velle gratioſisſimè hiſce promittit. Achas in ſemel concepta Impietate fortiter perſtans Prophetæ reſpondet; לא אשאל ולא אנסה את יהוה: *Non petam, nec tentabo Dominum. S. Ambroſius in ψ. CXVIII, ſerm. 8. v. 4.* & alii putant, Achas ex Modeſtiâ & humilitate ſignum petere noluiſſe, ne Deum tentare voluiſſe videretur. *V. Cornel. à Lapid ad h. l.* Ut tranſeam exprobrationem qvâ Propheta Impietatem Ei exprobrat, ſicut in ſeqventi verſu videre licet, qvæ Rabbini doceant adducturus cumprimis ſum: *R. D. Kimchi* ad hæc ita loqvitur: כל זה היה מעט האמנה: ואף על פי שהוא אמר בלשון האמנה כי לא ינסה האל אף על פי כן הנביא ידע את לבבו כי לא אמר ממיעוט האמנה כאומר אינו חושש לנסותו בזה לפיכך ענה לו הנביא כי תלאו גם את אלהי: *Omne hoc fuit exigua fides: Qvanqvam autem loqvatur in ſignificatione fidei* [ſ. fiduciæ] *qvod Deum tentare nollet, tamen Propheta novit cor ejus, qvod non locutus ſit ex parva fide, qvaſi dixiſſet, non curioſus ero ad tentandum in hac re: propterea reſpondit Ei Propheta qvia moleſti etiam eſtis Deo.* Item teſtatur *R. Aben Ezra.* hiſce verbis: מתשובת הנביא ידענו כי מחשבת אחז היתה לרעה וטעמו לא ארצה לשאול ולנסות כי ארע שלא יוכל לעשות מה שאשאל ממנו: *Ex reſponſione Prophetæ ſcimus cogitationem Achas malam fuiſſe, & ratio ejus* [*eſt hæc*] *non volo petere & tentare, qvia novi eum non poſſe facere* [præſtare] *qvæ petiero ab eo.* Neç alienus eſt hâc in re *R. Sal. Jarchi* cujus formalia hæc ſunt: לפי שהוא ידע שאתם אין מאמינים בו והוגעתם לפניו ברשעכם יתן לכם אות:

Propterea qvod ipſe novit vos non credere in eum & defatigati eſtis coram eo impietate veſtrâ dabit ipſe vobis ſignum. Qvibus Ebræorum teſtimoniis, reſponſum illud â Rege non ex Modeſtiâ & Fiduciâ qvâdam, redditum pro ratione inſtituti noſtri, probatum dedimus. Propheta ut vidit Regem ex Impietate atq; incredulitate ſignum Liberationis certisſimè futuræ petere neqvaqvam velle, Domui David & piis illis Israelitis adhuc reliqvis illud â Deo datum ſignum proponit. Exiſtimabat Rex deperdita eſſe & incurabilia mala qvæ premerent ſe, & cum Ipſe nihil efficere poſſit, nec Deum valere. Hanc incredulitatem vehementisſimè Propheta Regi exprobrat. *Aben Ezra* Prophetæ ſenſum rectisſimè exponit. הנה טעמו בעבור שאתם מלכים ואין כח באדם כנגדכם תחשבו כי כן דרך השם: *Ecce ſenſus ejus* [eſt] *Propterea qvia Reges eſtis nec Virtus* [robur] *veſtra in homine qvi contra vos, arbitramini, ita etiam rem ſe cum Deo habere*. Tandem Propheta ad ſignum illud pergit hiſce. לכן, inqvit, *Propterea, Ideò, Iccirco.* Et eſt h. l. *part. Conſecutiva* ad præcedentia reſpiciens. Porrò part. לכן *propterea* eſt ἀπόδωσις incredulitatis Impio Regi oppoſita. Ulterius pergit Dei Spiritus יתן ארני הוא לכם אות וגו *Dabit Dominus IPSE vobis ſignum.* Qvanqvam non negemus pron. הוא Conſeqventia cuncta reſpiciens per eò *Hoc* verti poſſe, hunc in modum: *Dabit Dominus Hoc vobis ſignum: Ecce, &c.* Antecedentis tamen ratio ad qvæ h. l. Propheta potisſimum reſpicit obſtare atq; illam â Nobis antea datam reqvirere velle videtur. Etenim Achas qvia ſignum â JEHOVAH DEO petere nolebat, JEHOVAH IPSUM invito etiam Rege Signum dare velle, Propheta innuit. Interpretationem hanc Noſtram Rabbini pariter teſtimonio & ſuffragio ſuo probant. *R. D. Kimchi:* לכן "הוא יתן לכם אות מעצמו אף על פי שאין אתם חפצים בו והוא יתננו

יתננו לכם כדי שתאמינו בו על כרחכם: *Propheta*, h. eſt, *IPSE* [ſcil. JEHOVAH] *dabit vobis ſignum de Semet ipſo, qvanqvam vos nolitis illud, IPSE* [tamen] *dabit vobis illud, ut vos inviti etiam credatis. R. Sal. Jarchi* יתן '' הוא מאיליו על כרחכם: *Dabit* h. e. *IPSE de fortitudine* [virtute] *ſuâ invitis etiam vobis.* Qvibus formali horum verborum ſignificatione adſtructa atq; retenta, ad ſignum ipſum â Summo JEHOVAH datum, accedimus.

§ III. הנה העלמה הרה וילדת בן וגו Propheta vaticinium, de VIRGINE Mirandâ prorſus ratione filium pariturâ, Rem prorſus novam & â ſeculis inauditam propoſiturus, qvo ſuos ad ſedulam attentionem invitaret, utitur part. demonſtrandi הנה *Ecce* ex הן qvæ ut aliàs ſæpius in Scriptura fieri conſuevit, h. l. *Rem & Novam & Admirandam prorſus* ac *valdè etiam deſiderabilem, Multoq; deſiderio expetitam* denotat. *Conf. Eſ. XII.* Subjungit, העלמה הרה qvibus verbis ſignum illud qvod domui David, non incredulo Achas dare volebat, exponit. Pet. Galatin. l. 7. Cathol. Veritat. c. 15. Cumq; in hoc negotio cardo totius negotii feratur, accurratius nonnihil hæc in HONOREM Salvatoris Noſtri explicare mens eſt. Principio rerum omnium vocem העלמה Nomen ſing. fœm. cui propoſitum He Emphaticum eſſe, parum ſaltem in hocce ſtudio verſatis ignotum eſſe non poteſt. Deducitur autem â Rad. עלם in Kal inuſit. in Niph. נעלם *Latitavit, Abditum, Abſconditum, Occultum* fuit V. Job. XXVIII, 21. Eccleſ. XII, 14. ψ. XXVI, 4. Nah. III, 11. in Hiphil pariter eandem formalem ſignificationem ſuam retinere obſervatur Sic 2. Reg. IV, 27. Prodit ex hâc Radice Nom. ſing. Fœmininum עלמה qvod juxta dictionis proprietatem *Virginem occultatam & ſummo ſtudio aſſervatam* ſignificat. Dicitur autem Virgo Occultata & abſcondita [1.] Qvia domi antiqvitus eâ diſciplinâ Virgi-

nes educari ſolebant, ne malos mores foris in turba hominum addiſcerent, eoq; rectius pudicitiam ſuam ſervatam cuſtodirent. Avitam hanc Veterum conſuetudinem notat Joſephus d. Maccab. c. 18. *Caſta Virgo genita ſum, nec exceſſi patriam domum. V. Schindler. in Lex. Pentaglotto.* Phocylides pariter monet *Virginem usq; ad nuptias cuſtodiendam eſſe benè obſervatis cubiculis & non permittendum, ut ante nuptias extra domum conſpiciatur.* Itemq; de pueris dicit: Difficile eſt parentibus cuſtodire liberorum caſtitatem. *V. Flacius part. 1. Clavis.* [2.] Ratio qvare Virgo abſcondita & occulta dicatur ex contrario patet, qvia contra Maritata cognoſci â viro & virum cognoſcere dicitur. Tribus autem Nominibus Puellam Ebræos notare hoc loco obſervandum venit: [1] eſt בתולה â Rad. בתר, ac notat *Virginem Maturam, Nubilem & viri potentem, integram tamen adhuc & intactam.* Et eſt Nomen comprimis *conditionis*, inde & Talmudici terram aratro nondum proſciſſam Virginem appellare ſolent. Sic & Metaphor. Gens Israëlitica *Virgo Israël* dicitur anteqvam exteris ſerviret, ac Idololatrico alienorum Deorum cultu ſeſe contaminaret. Jerm. XXXI, 4. בתולת ישראל; *Virgo Israël.* Thren. I. 15. לבתולת בת יהודה *Virgini filiæ Jehuda.* [2.] eſt נערה à R. נער *Excutere, Rugire.* Atq; hocce *Ætatis* tantummodo Nomen eſt, Puellam Juvenculam, Adoleſcentulam, denotans. Atq; fieri poteſt ut hæc *non ſit Virgo*, ſicut & בתולה Virgo eſſe poſſit, licet non ſit נערה. [3.] עלמה *Ætatis* pariter eſt atq; *conditionis*, Et non modò *Virginem abſconditam ac diligentiſſimâ curâ aſſervatam, ſed & annis nondum profectam denotat.* In Germanica Bibliorum translatione verſum eſt, eine Jungfrau. Ipſe *B. Lutherus Noſter Tom. 8. Jenenſ. German. pag. 129. in fine inqvit*, das Wort Alma heiſſet eine Jungfrau oder Magd/ die noch in Haaren uud im Crantze gehet/ die keine Frau worden iſt.

Porrò

Porrò *Tom. 2. Jenenſ. Germ.* Das Wort Magd / heiſſet eigendlich ein jung Weibsbild / das Mannbar / zur Frucht tüchtig / und unverrücket iſt / das es nicht allein die Jungfrauſchafft / ſondern auch die Jugend und fruchtbaren Leib mit begreiffe. Hæc ille. Ac propriam & unicam hanc ſignificationem ubiq; obtinere obſervatur. Prolixius aſſertum ex ſeqventibus patebit. *B. Lutherus Tom. 8. Jenenſ. Germ. fol. 129.* Idem hiſce verbis aſſeverat: Vnd kan mir ein Jüde oder Chriſt weiſen / daß Alma etwa in der Schrifft eine Frau heiſſet / der ſoll hundert Gülden bey mir haben / GOtt gebe wo ich ſie finde. Qvod ſæpiſſimè in ſeqventi contextu repetit. Judæi Recentiores ut Servatorem Noſtrum Benedictum Verum atq; â tot ſeculis expectatum Meſſiam eſſe fortiter in hunc usq; diem negant atq; pernegant, qvo Chriſtianam fidem noſtram, qvâ perfectâ adeò fide Meſſiam ab Integrâ Virgine naſci debuiſſe natumq; eſſe credimus, infringant, עלמה in hoc Eſaiæ loco non Virginem intactam, ſed corruptam jam, qvæ virum paſſa eſt, ætate tamen adhuc Juvenem ſignificare docent. In primâ acie ſtat *R. D. Kimchi* qvi ad locū hunc ita commentatur: הנה העלמה הרה " העלמה אינה בתולה אלא עלמה כמו נערה תהיה בתולה או בעולה : והנה דרך גבר בעלמה הוא בעולה וכן לזכר קטן בשנים יקרא עלם בן מי זה העלם : ואת היתה קטנה בשנים לפיכך נקרא עלמה וגו *Ecce* העלמה *gravida eſt.* h. eſt. *Alma non eſt Virgo, ſed* עלמה *idem eſt qvod Juvencula ſive Virgo adhuc ſit, ſive Maritata. Et Ecce via viri in alma* [Prov. XXX. 19.] *illa Maritata eſt. Eadem ratione maſculus ætate parvus vocatur* עלם, *juxta illud; Cujus filius eſt hic puer* [I. Sam. XVII, 56.] *Et hæc* [ſcil. de qvâ h. l. prophetæ ſermo eſt] *fuit adhuc minoris, propterea vocatur* עלמה &c. *Hæc Kimchius.* Verum facili negotio hic nodus â *R. D. Kimchi* collimatus ſolvi poterit.

terit. Ac initio qvidem τὸ עלמה virginem abſconditam, occultatam ac proinde integram adhuc denotare ipſa vocis Etymologia demonſtrat. Nec prætermittenda adeò He Emphatici notatio, qvod non fruſtra atq; caſu â Spiritu Dei in Secula viventis in textu Sacro poſitum eſſe piè credimus atq; ſtatuimus. Propheta etenim hocce indice qvaſi digito eandem ipſam deſignare velle videtur. Simili ratione Chaldæa verſio cui contradicere Judæis ſummum nefas eſt. *V. Juchaſin.* eandem vocem per τὸ עולמתא exprimit. Verum cum Chaldæus vocis עלמה ſignificationem, cum aliis non rarò confuderit, hiſce non adeò ſtandum eſſe putamus; Cum non modo τὸ עלמה ſed etiam בתולה ac נערה qvæ differe plurimum oſtendimus ſupra, per τὸ עולמתא *Chaldæum* reddiderit. Ante omnia autem probè ſciendum nec unqvam animo dimittendum eſt, qvatuor duntaxat vicibus τὸ עלמה â Dei ſpiritu adhiberi, qvæ loca accuratius nonnihil nobis pervidenda erunt. Primus eſt Gen. XXIV, 43. והיה העלמה היוצאת *Et erit Haalma egrediens.* Chaldæus ותהי עולמתא דתפוק לממלי *Et erit Virgo qvæ egreſſa fuerit ad hauriendum.* Rebeccam autem & ætate & conditione Virginem fuiſſe Ipſe Dei Spiritus Emphaticis planè & ſignificantibus verbis teſtatur. v. 15. ונערה טבת מראה מאד בתולה ואיש לא ידעה וגו *Et puella, ſpecioſa valde adſpectu* [erat] *VIRGO & vir non cognoverat eam.* Ubi obſervandum venit, Spiritui Sancto Integram Virginitatem Rebeccæ in exemplum omnium Virginum deſcripturo ſingulari atq; Emphaticâ admodum verborum iteratione uti placuiſſe. Agnoſcit. hoc *R. Sal. Jarchi* in Comment. ad hunc locum hiſce verbis. ואיש בתולה " ממקום בתולים: לא ידעה " שלא כדרכה לפי שבנות הגוים משמרות מקום בתוליהן ומפקירות עצמן ממקום אחר העיד ער זו שנקיה מכל: *Virgo h. e. a loco virgini-*

ginitatis. Et virum non cognoverat. h. e. per viam non rectam. Qvoniam enim filiæ gentium cuſtodiunt qvidem corpus ſuum in loco virginitatis ſuæ & proſtituunt ſemet ipſas aliàs, Teſtatur de hâc, eam integram omni ex parte fuiſſe: vult ſcil. Rebeccam ab omni viri Commertio alienam fuiſſe, nec animum modò ſed & corpus inviolatum geſſiſſe. *Rabbi Levi* & alii Ebræorum Eam nec juxta viam ſuam, nec præter eam virò notam fuiſſe explicant atq; aſſerunt. Qvibus τὸ עלמה Virginem integram atq; incorruptam h. l. denotare ipſimet docent ac lubentes conſentiunt. Secundus locus habetur Exod. II, 8. ותלך העלמה ותקרא את אם הילד *Et ivit Virgo & vocavit Matrem infantis* Chald. ואזלת עולמתא וקרת ית אמיה דרביא: *Et abjit puella & vocavit Matrem ejusdem pueri. R. Sal. Jarchi* ad h. l. ita ועלמה כעלם *Et Alma ſicut elem* id eſt ejusdem ſignificationis eſſe τὸ עלמה cum maſc. עלם Qvod etiam *R. D. Kimchi* in Comment. ad hunc Eſaiæ locum urget. Qvid autem τὸ עלם ſignificet venia Tua *Kimchi* exponam. Ac initio qvidem à R. עלם qvam adduximus in principio §. hujus derivari, nemo rectà ullà ratione negabit: Bis autem in Scriptura tantũ occurrere obſervatur, I. Sam. XVII, 56. & C. XX, 22 ubi Jonathan eum qvẽ ſæpiſſimè antea נער appellaverat, nũc עלם vocat. Nomen autẽ hocce juxta formalẽ Rad. rationẽ. *Puerum adoleſcentem domi adhuc in parentum curâ latentem denotat. Föerſterus* ad hanc vocem notat, Eam *Juvenem qvamdiu eſt privatus & privatam agit vitam, nec in Oeconomico aut publico officio ac adminiſtratione ejus exiſtit*, ſignificare. Ad qvam ſententiam pariter *Xantes Pagninus in Theſ. L. Sanctæ* accedere velle videtur. Tertius locus eſt Prov. XXX, 19. in qvo Judæi omne robur ſitum habent. *R. D. Kimchi* eum ad firmandam explicationem ſuam adducit. Textus Ebræus ita habet. שלשה המה נפלאו ממני וארבע

לא ידעתים: ורך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור
דרך אניה בלב ים וזרך גבר בעלמה: *Tria ſunt mi-*
rabilia mihi & qvatuor non novi: Via aqvilæ in aëre, Via ſer-
pentis in petra, via navis in corde [medio] *maris & via viri*
in adoleſcentula. Chaldæus ita reddidit: תלת אנון דגניזן
מני וארבע דלא ידעית אנון: ארחא דנשרא
בשמיא ואורחה דחויא על שוערה ואורחא
דאלפא בלביה דימא וארחא דגברא בעלמתא:
Tria ſunt abſcondita mihi & qvatuor qvæ non ſcio. Viam aqvilæ
in cœlo, Viam culubri ſuper petra & viam navis in corde maris,
& viam Viri in Virgine. Aben Ezra hunc locũ ita interpretatur.
נפלאו" נעלמו: ד'הם שנפלאו ממני ולא ידעתי אותם
בחכמתי וגו בעלמה "בזנותו עמה שלא יירא
מהשם בעברו על מצות לא תנאף ולא יתבונן
סופו: *Mirabilia* id eſt *abſcondita ſunt: Qvatuor illa qvæ*
abſcondita ſunt mihi, nec novi ea in ſapientiâ meâ &c. in Almam
in ſcortari eum cum eadem, qvia non timet â Deo transgredien-
do præceptum, Non moechaberis, & nõ attendit finem ſuum. R. Levi
ben Gerſon melius nonnihil atq; rectius ſenſum aſſecutus vi-
detur, dicit etenim. *Qvatuor illa rei jam præteritæ notam*
non relinqvere. Ac in tribus prioribus rem ita prorſus ſe
habere nemine negante patet. Ipſe enim *Aben Ezra* τὸ נפלאו
mirabilia ſunt, per נעלמו *abſcondita ſunt*, exponit, Hæc qva-
tuor Sapientiſsimo Salomoni abſcondita fuiſſe aſſerit. Jam
concedimus lubentiſsimè id verum de tribus prioribus dici
poſſe Juxta *R. Levi Gerſonis* ſententiam qvod *rei præteritæ no-*
tam non relinqvant. Qvòd verò vir cum ſcorto rem habens
Veſtigium maximè poſt ſe relinqvat, nemo recta ulla ratio-
ne negare poterit. Nec hoc Salomoni *in Sapientia ſua* ut
Aben Ezra dicit, *abſconditum* eſſe potuit, cum Communis
illa ratione vel ruſtico ac mente capto notiſsima ſit. Qvi-
busq; rebus juxta mentem Ebræorum horum alia expoſitio
inveſti-

investiganda reliqva est. Dicimus inde describi h. l. â Salomone Viri Juvenis Maturi jam annis affectum illum & ardens studium Virginem depereuntis ac ambientis, mirabiles sane ac intellectu difficiles ac absconditæ sunt plurimæ artes atq; doli qvos ad consequendam Virginem, qvam impensè, honestè tamen amat, reminiscitur. Hic enim amor verè fervens est & plenus perturbationibus ac præterea incertitudine affectionum atq; actionum constans. Hoc loco & illud observandum, non dici absconditam esse viam *cum alma*, adolescentulà aut Virgine, sed *in alma* hoc est amo r erga almam seu Virginem: *Flacius part, 1. Clavis.* Inde firmissimè concludimus, cum in reliqvis omnibus Scripturæ locis τὸ עלמה *Virginem integram* notare observetur, & Jes. VII. eandem significare necesse est. Accedit singularis Miraculi, qvod Deus sese daturum promittebat, Notatio. Qvod si ad uxorem qvandam respexisset, qvid qvæso miraculi adeò fuisset, uxorem Marito junctam partum edere? Nec hoc prætermittendum qvod ipse Dei Spiritus hunc Esaiæ locum ad B. Virginem Matth. I, 13. applicet, cui contradicere Christianâ Religione nostrâ prohibemur. Seqvitur nunc vox הרה Nom. sing. fœm. â Rad. הרה concepit. Notissimum est Prophetas res qvæ futuræ adhuc sunt longo etiam tempore post, ob certissimam & indubitatam illam fiduciam, Verbis præsens tempus significantibus, describere solere. Prorsus ut hoc in loco VIRGINEM *gravidam* jam esse dicit, cum longo tempore post talis fieri debebat. Agnoscit idem *R. S. Jarchi* ad h. l. הרה לשון עתיד הוא כמו שמצינו באשת מנוח שאמר לה המלאך והרית וילדת בן וכתיב ויאמר לה הנך הרה ויולדת בנו τὸ הרה *est futuræ significationis, qvemadmodum invenimus in uxore Manoach, ubi dicit ad eam Angelus, Et concipies & paries filium* [Jud. XXII, 3.] & *scriptum* [v. 4.] *Ecce gravida es &*

paries filium. Porrò ויולדת *Et pariens* Est part. Kal. sing. fœm. â Rad. ילד qvæ ubi de viris usurpatur ut Es. XLIX, 21. *Generavit, Genuit.* De Mulieribus autem sumptum *Peperit* formaliter significare passim observatur. Tandem בן filius ut omnibus notissimum est Nom. Sing. Masc. â Rad בנה struxit, fabrificavit, descendit; Metaphoricè deinceps de liberorum procreatione dicitur. Dici h. l. posset, Nulla potestate præstari posse ut Virgo integrâ nec læsâ Virginitate parere possit. Verum respondet Angelus Luc. I. 38. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τοῦ Θεοῦ πᾶν ῥῆμα. Addimus deinde Elegantissimum illud Ebræorum effatum. אין להרהר אחרי מעשה השם שהכל עושה בחכמה עף על פי נעלמת מעיני חכמים: *Non sunt curiosius investiganda opera Dei, omnia enim sapienter facit, tametsi absconditum sit ab oculis sapientum.* De hâcce Almâ & filio ejus in signum dato, adeo qvoq; lubrica est Judæorum ipsorummet sententia, ut ipsi Rabbini inter se dissentientes qvid statuere debeant, incerti prorsus sint. *R. S. Jarchi* dicit. הנה העלמה אשתי הרה השנה הזאת והיא היתה שנת ד׳ לאחז: *Ecce Haalma est uxor mea, gravida hoc anno & hic fuit annus qvartus Achas.* Ubi de uxore suâ Prophetam loqvi, vult. Refutat hanc sententiam *R. D. Kimchi* hisce: העלמה הזאת היא אשת חנביא או אשת אחז; והוא הנכון כי אם היתה אשת הנביא אומר הנביאה כמו שאומר ואקרב אל הנביאה: ועוד שאמר מלא רחב ארצך עמנואל׳׳ משמע כי בן מלך היה: *Haalma hæc est uxor Prophetæ aut uxor Achas. Et hoc certum est: Nam si fuisset illa uxor Prophetæ, dixisset Prophetissa, qvemadmodum dicit, accedam ad Prophetissam.* [Es. VIII, 2.] *Porrò qvod dicit plenitudo latitudinis terræ tuæ Immanuel,* [Es. c. l. v. 8.] *audimus eum filium Regis fuisse.* Firmat hanc sententiam suam *R. D. Kimchi* in Comment, ad Cap. VIII, 8. ואמר עמנואל שהוא הבן הנולד לאחז לאות

לאות כי לא תכבש כלומר אתה עמנו אל שאתה בירושלם: *Et dicit, Immanuel hic eſt filius Achas in ſignum natus, qvia non ſubigitur, qvaſi diceret, Tu Nobiſcum es Deus qvia es Jeroſolymis.* *R. Sal. Jarchi* ad h. l. expreſsè Kimchio contradicit his verbis: עמנו אל "הוא שבט יהודה שהבטיחו הק"בה להיות עמם בימי חזקיהו כדברי הנביאה שקראת שם בנה עמנו אל: *Immanuel* h. e. *tribus Jehuda, qvã confidere fecerat Deus Sanctus benedictus adeſſendum cum ea in diebus Hiskiæ, juxta verba Prophetiſſæ vocantis Nomen filii ſui Immanuël.* Prolixe autem ſententiam *R. D. Kimchii* refutat *Aen Ezra* ad Cap. VII, hiſce: אמרו כי עמנו אל הוא חזקיהו וזה לא יתכן שאם אמרנו שזאת הנבואה היתה בתחילה מלכות אחז הנה כל מלכותו שש עשרה שנה וכאשר מת היה חזקיהו בן עשרים וחמש שנה ואחרים אמרו שהוא בן אחז ואחרים אמרו שהוא משל למלכות. וגו והישר בעיני שעמנו אל הוא בן ישעיהו וגו *Dicunt qvidam Immanuël Hiskiam eſſe, & hoc non qvadrat, qvia diximus hanc Prophethiam factam eſſe in initio Regni Achas. Ecce* [hic] *regnavit tantùm ſedecim annis, & ut mortuus eſt* [Achas] *Hiskias viginti qving annorum fuit:* [2. Reg. XVIII, 2.] *eſt poſtmodum dicunt, fuiſſe eum filium Achas, eumq; ſucceſſorem Regni &c. Verum autem mihi videtur hunc Immanuël fuiſſe filium Jeſaiæ &c.* Sic Rabbini hâc ratione Ipſimet dubii & incerti ſibi invicem contradicunt. In hâc ſententiarum diverſitate qvid tenendum atq; amplectendum, ſi de alio, præterqvam Vero Immanuële noſtro verba accipiantur. Qvodcunq; acceperis dubium erit. Contrarium rationibus contrariis infringi poterit. Dimittamus itaq; incertum, certumq; teneamus, ac Jeſum Chriſtum Immanuelem Noſtrum Matth. l. 23. in Sanctiſſimo hocce vaticinio amplectemur atq; veneremur.

§ IV. וקראת שמו עמכו אל׃

וקראת *Et vocabis*, *Appellabis*. Propria hujus vocis forma eſt ſecundæ perſon. fœmin. Præter. Kal cum Vau Converſivo, â Rad. קרא *Vocavit*, *Appellavit*, *Nominavit*. Sunt qvi in 3. perſ. ſing. & vocabit, vertunt, ut contractæ formæ ſit pro קראה. Verum contractio talis in verbis tertia Rad. He finitis evenire tantum obſervatur. Sic Lev. XXV, 21. ועשת את התבואה וגו׳ *& faciet proventum &c.* Ulterius, *Ex eo, qvod vocabit Ipſa Nomen ejus Immanuel, Propheta dixit, Meßiam ipſum non habiturum hominem Patrem oſtendit, qvi ei Nomen imponeret, Patres enim apud Ebræos ferè ſemper & non Matres filiis Nomina imponere ſolebant: Ut & ex veteri Teſtamento multis in locis apparet, & ex nativitate Johannis Baptiſtæ manifeſtè colligitur. Ex hoc enim, qvod Nominis impoſitionem, qvæ ad Patrem pertinebat, ad ſolam Matrem prophetа retulit, apertè innuere voluit Meßiam Patrem in terris non habiturum fuiſſe, qvi ei Nomen imponere poſſet*, aſſerit *P. Galatinus l. 3. Cathol. Veritat. cap. 8. p. 147.* Sed id minus ſolitum ubiq; fuiſſe, Spiritus Dei teſtatur. Nam ut alia mittam de undecim Jacobi liberis conſtat, eis Nomina â Matribus non â Patre impoſita fuiſſe. Rachel deinceps in partu mortuâ, filio ſuo recens nato Jacob Pater Nomen Benjamin impoſuit. Inde conſtat non modo Matres, ſed & Patres filiis ſuis Nomina impoſuiſſe. *Mercer. præl. in Geneſ. p. 106.* Nomen autē qvod puero â Virgine nato, Prophetâ jubente, imponi debet eſt עמנו אל *Nobiſcum Deus fortis.* אל etenim unum ex Divinis Nominibus *Deum potentem atq; fortem* denotat. Qvod qvidem Nomen עמנו אל ſigni h. l., qvod gratiam Dei & unionem ejus cum hominibus induit, eſſe obſervatur. Agnoſcunt idem Judæi, hunc filium ideò Immanuel dictum eſſe afferentes, qvod Deus Nomine hoc gratioſisſimæ præſentiæ ſuæ argumentum dare voluerit. *R. D. Kimchi*

Kimchi inqvit: ואמר דרך צווי כי הנביא מצוה שתקרא שמו כן כי מיום שיולד יהיה לכם שלום ויהיה האל עמכם לכך תקרא שמו עמנואל; *Ex dixit formâ imperandi qvia Propheta præcepit, ut vocaret Nomen ejus sic, qvoniam ab eodem die qvo natus erit, Pax vobis futura est, & Deus erit vobiscum. Propterea vocabit Nomen ejus Immanuel.* Qvam explicationem neutiqvam rejicimus, sed lubentes accipimus, ac de Jesu Nazaræo Servatore Nostro veram esse defendimus. Etenim Gemina ejusdem Natura, qvam piè credimus, Nomine hocce insinuari Nobis, meridiano sole clarius patescit. Fuit enim hîc in terris *Nobiscum* in formâ servi, qvi Ipse *Fortis* ac *Summus ille Deus in Secula benedictus* erat. Ad hæc rectius eò percipienda insignem illũ locũ *RabbenuSaadiaGaon ad Dan. VII, 13.* adjungere lubet. כבר אנוש אתרה " זהו משיח צדקינו: ולא כתוב על משיח עני ורוכב על חמור אלא יבוא בענוה כי לא יבוא על סוסים בגאות ואשר כתב עם ענני שמיא והנה עם ענני שמים הם מלכי צבא השמים זו היא רוב הגדולה שיתן הבורא למשיח ככתוב עם ענני שמיא אז הוא גדול במשל כן עתיק יומים וגו *Sicut Filius hominis venit: Hic est Messias Justitia Nostra. Numqvid autem de Messiâ scriptum est, egenus & eqvitans super asinum?* [Zach. IX, 9.] *sed veniet in Mansvetudine, qvia non adveniet super eqvis cum superbiâ* [*elatione*] *Et qvod scribitur cum Nubibus cœli: Ecce cum nubibus cœli, hoc sunt Angeli Exercitus cœlorum. Hæc est summa illa Magnificentia, qvam Creator* [DEUS] *Messiæ dabit, sicut scribitur, cum Nubibus cœli; Hæc est Manificentia in dominari sic Antiqvum dierum &c.* Qvam ὁμοψηφίαν Rabbinicam cum Orthodoxiâ Nostrâ Christianâ, qvoad utrumq; Mesiæ tam exinanitionis qvàm Exaltationis statum Notatu dignissimam censemus.

§ V. חמאה ודבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב

In expoſitione Verſiculi hujus, Autores diſſidendes ac diſſentientes maximè habemus. *AbenEzra* Miraculum qvodam ac ſignum ſingulare prorſus, qvod in puero recens nato fieri debebat, hoc verſu indigitari exiſtimat: לפי דתתי שהאורת חמאה ודבש יאכל כי אין מנהג הילדים שיאכלו בעת לדתם: *Sententia mea eſt, qvod eſus butyri & mellis fuerit ſignum. Nam non eſt mos puerorum ut edant circa partus tempora.* R. Sal. Jarchi ad fertilitatem terræ accommodat: חמאה ודבש יאכל " היולד שתהא ארצנו מלאה כל טוב: *Butyrum & mel commedet ſcil. puer, qvia terra noſtra omni bono repleta erit.* R. D. Kimchi hunc in modum explicat: ומהו האורת חמאה ודבש יאכל " כלומר מיום שנולד יאכל לדעתו חמאה ודבש וכל דבר מתוק שיקריבו לפניו הוא יפתח פיו לו ויקחנו ואם יקריבו לפניו מאכל רע ימאסנו ויסגור פיו לו ולא ירצה בו: וזהו מאוס ברע ובחור בטוב " ויבחר במאכל הטוב: *Et qvodnam eſt illud ſignum butyrum & mel commedet? vult dicere â die qvo natus erit commedet, ut ſciat butyrum & mel & omne dulce qvod adducent ante faciem ejus, ipſe os ſuum aperiet & accipiet illud; & ſi attulerint ei de cibo malo ſpernet illum & occludet os ſuum & non volet: Et hoc eſt reprobare malum & eligere bonum; Et eliget cibum bonum.* Nec Rabbinorum modo, ſed Noſtratium diverſas pariter deprehendimus ſententias. *P. Galatinus* Humanitatem ac Divinitatem Servatoris noſtri ex hoc probari poſſe exiſtimat, *l. 3. Cathol. Veritat. Cap. 18. p. 149. Idcirco Propheta Immanuelem noſtrum butyrum & mel commeſturum prædixit, ut ex hoc innueret, ipſum non ſolum Humanitatis, ſed etiam Divinitatis naturam & veritatem in ſe habiturum fuiſſe. Butyrum enim qvod ex lacte animalium fit, Humanitatem convenienter deſignat. Mel verò propter Summam dulcedinem, & qvia ſæpius inſivibiliter ut ros de cœlis aëreis venit, ſatis congruè Divinitatem ſignificat.* Hæc ille: Aliqvi ad Natale ſolum

ſolum referunt huncq; Simplicem ac literalem ſenſum autumant; *Butyrum & Mel commedet h. e. naſcetur iu terrâ Judæornm & omnibus gratioſus erit.* Mel enim atq; lac Judæorum Canaan inhabitantium cibus paſſim in Scriptura dicitur, Itemq, Canaan terra lacte & melle fluens non ſemel appellatur, ut inde non inconveniens ſit ſtatuere puerum hunc Cananæum nationefore Prophetã indicare voluiſſe. Qvæ CL. Bohlii p. m. ſententia eſt. Alii ad Educationem & rectisſimè qvidem referunt. Oſiander, ut alii Infantes eum Eductum iri aſſerit. Conceptio & Nativitas Servatoris Noſtri Benedicti Verſu præcedente expoſita eſt. Educatio v. 15. deſcribitur. *τὸ Butyrum & Mel commedet* ad facultatem vegetativam & qvidem ad *ἀυξητικὴν* ejus partem pertinet. In Palæſtinâ etenim hæc cibi genera vulgaria admodum fuiſſe palam notum eſt, qvodq; vel ex v. 22. Cap. VII. haut obſcurè patet. Atq; ex hoc Humanæ in Chriſto Naturæ veritatem & integritatem confirmari plenius ſtatuimus. Etenim humanæ Naturæ accidentia propria, ut ſunt ali, augeri &c, adducuntur. Ulterius qvod Propheta addit: לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב ad facultatem *νοητικὴν* ſeu ratiocinativam pertinet. Proprium enim facultatis hujus munus in eligendo & appetendo bono & in repudiando vel fugiendo malo occupatur. in Textu expreſsè habetur vox לדעתו usq; ad ſcientiam, vel usq; ad boni & mali dijudicationem, vel Annos usq; diſcretionis. Hanc Doct. Förſteri p. m. & Noſtratium Theologorum Interpretationem Textu maximè convenire ſtatuimus, ac ab eadem neutiqvam recedimus. Hæc tetigiſſe, pro inſtituti noſtri ratione ſufficit. Nos Exercitationi Noſtræ Philologicæ, in HONOREM Servatoris Noſtri ſuſceptæ, Colophonem nunc imponimus.

ברוך יוי אלהים עושה נפלאות לבדו אמן׃

FINIS.

01 A 6640

ULB Halle
003 108 309

Sb.

1

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628938-p0027-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-628938-p0028-0

19. 20

בסיעתא דשמיא

EXERCITATIO

RABBINICO-PHILOLOGICA.

Ex

ORACULO,

JESAIÆ VII, Commate 14.

circa

Nativitatem MESSIÆ Servatoris nostri

è MARIA semper-VIRGINE

Quam

In celeberrimâ ACADEMIA VVITTEBERGENSI

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Amplißimi, CL. & Excellentiß.

DN. M. ANDREÆ SENNERTI

LL. ORIENT. PROFES. PUBL.

LONGE CELEBER-

RIMI, &c.

Amplisf. PHILOSOPHORUM COLLEGII

h. t. DECANI spectabilis.

Dn. FAUTORIS & PROMOTORIS sui pl. colendi.

publicè exhibet.

M. CASPAR LILIUS, BERLINAS,

In Auditorio Majori.

Ad D. XIV. Maji, Horis Antemeridianis.

WITTEBERGÆ,

Apud JOBUM WILHELMUM FINCELIUM,

ANNO cIↃ IↃC LI.